

## **Petrarca – Leontius Pilatus – Coluccio Salutati – Manuel Chrysoloras**

### **Petrarca**

*Petrarca bekommt einen Homer-Codex geschenkt, kann aber kein Griechisch:*

*Er schreibt an den Geber (fam. 18,2): (§6) „donasti eum <sc. Homerum> non in alienum sermonem violento alveo derivatum, sed ex ipsis greci eloquii scatebris purum et incorruptum et qualis primum divino illi perfluxit ingenio. [...] (§6) Sed nunc, heu, quid agam? tu michi nimium procul abes, felix utriusque lingue notitia singulari; [...]. (§9) viva tamen illa tua vox, que discendi sitim, qua me uri non dissimulo, posset vel accendere vel lenire, minime aures meas ferit; sine qua Homerus tuus apud me mutus, imo vero ego apud illum surdus sum. Gaudeo tamen vel aspectu solo et sepe illum amplexus ac suspirans dico: O magne vir, quam cupide te audirem!“*

*Petrarca und Boccaccio beauftragen dann Leontius Pilatus, Homer für sie zu übersetzen.*

### **Coluccio Salutati**

*Coluccio Salutati schreibt an Antonio Loschi und gibt ihm Ratschläge, wie er die Homer-Übersetzung des Leontius Pilatus überarbeiten soll. - Weder Salutati noch Loschi können Griechisch: „res velim, non verba consideres; illas oportet extollas et ornes et tum propriis, tum novatis verbis comas talemque vocabulorum splendorem adicias, quod non inventione solum, nonque sententiis, sed verbis etiam Homericum illud, quod omnes cogitamus, exhibeas atque sonas. [...] denique cunctis debitam tribues maiestatem, si soluta mutatis vel additis coniunctionibus nectes, si frigidiuscula tum exclamationibus, tum interrogando quasi quibusdam accendes igniculis; si denique poteris, inventa commutans, vel omittens aliquid aut addens, seriem efficere gratiorem; et demum si primo nitaris tum magis propria, tum mage splendentia vel sonora vocabula, quam interpres ille fecerit, et ea eadem ipsa prosa non versibus in eandem sententiam adhibere.“*

*Coluccio Salutati schreibt an Kardinal Corsini, dem Simon Atumanus seine Plutarch-Übersetzung gewidmet hatte: „Misit michi benignitas tua libellum Plutarchi De remediis ire, quem olim de greco transtulit in latinum iussione tua vir multe venerationis Simon archiepiscopus Thebanus, quem tractatum avide discurrens, mecum indignari cepi tantam esse illius translationis obscuritatem tamque horrido stilo compositam, quod nulla prorsus alliceret suavitate lectorem, nec facile pateret quid nobis tantus philosophus tradidisset sentiebam altas solidasque sententias inculto dicendi genere et obscuritate profundissima non traditas, sed obstrusas;*

*[...] fateor equidem me super multis fuisse cum dubitatione suspensum et id tandem elegisse, quod magis consentaneum visum est. caveant equidem ne requirant verborum ordinem: ipsum enim tum ornatus tum maxime claritatis gratia non servavi, sed amplectendo sententiam, noverint me de verborum aut rerum ordine non curasse. nec mirentur etiam, si forsam invenerint aliqua per interrogationem scripta, que sint in prima translatione solum posita*

narrative. ornatus enim gratia, manente sententia, licitum est continue narrationis quendam teporem accendere et per exclamaciones aut interrogationum stimulos excitare. denique pro semigreca translatione remitto tibi latinum tractatum, clarum, ut arbitror.“

### **Manuel Chrysoloras, 1397-1400 in Florenz**

Einer seiner Schüler (*Cincius Romanus*, im Vorwort einer seiner Übersetzungen) schreibt: „Sed ut de interpretis natura aliquid dicam, ferebat Manuel, homo sine ulla dubitatione divinus, conversionem in latinum ad verbum minime valere. Nam non modo absurdum esse asseverabat, verum etiam interdum graecam sententiam omnino pervertere. Sed ad sententiam transferre opus esse aiebat hoc pacto ut ii qui huiusmodi rebus operam darent, legem sibi ipsis indicerent ut nullo modo proprietas graeca immutaretur; nam si quispiam, quo luculentius apertiusque suis hominibus loquatur, aliquid graecae proprietatis immutarit, eum non interpretis, sed exponentis officio uti.“

- > conversio ad verbum
- > conversio ad sententiam
  - > immutatio / “Bearbeitung”

#### *Literatur zur Einführung*

Marianne Pade, Translations of Plutarch in the Fourteenth and Fifteenth Centuries, S.52-64 in: Peter Andersen (ed.), *Pratiques de Traduction au Moyen Age / Medieval Translation Practices*, Kopenhagen 2004.

R. Weiss, *Medieval and Humanist Greek. Collected Essays* by R. Weiss, *Medioevo e Umanesimo* 8, 1977.

August Buck (Hrsg.), *Petrarca*, Darmstadt 1976 (WdF).

Paul O. Kristeller, *Acht Philosophen der Italienischen Renaissance*, übers. von E. Blum, Weinheim 1986

L. D. Reynolds, N. G. Wilson (edd.), *Scribes and Scholars. A Guide to the Transmission of Greek and Latin Literature*, Oxford 1974.